

CONRADVS DE ALZEN.



Conradus de Alzen in Palatinatu Moguntinen
fis diocœsis natus & educatus fuit. Is fœlici in
genio fretus adeo in sacrîs & prophanîs literîs pro
gressus erat, ut non modò Theologus eruditus, ue
rûm etiam philosophus, poeta, & Mathematicus
suo tempore celeberrimus inter Germanos habe
ret. Scripsit is utroq; stylo præclara quædam opu
scula, utpote librum de Figuris, & aliū de Redem
ptione generis humani, quibus eruditionem suam
omnibus patefecit. Tandem huius uitæ pertæsus,
cœlestem gloriam intravit sub Carolo quarto Cesa
re, anno 1385. Trit.